

## §. 2.

Si autem vidua offerret primogenitum post mortem patris natum, non ab ea capiebat sacerdos quinque illos siclos, ne dolorem dolori addere & oneri esse viduæ videretur. Sicut etiam pauperibus puerperis, ut ut vivente patre natus esset primogenitus, pretium illud fidelorum quinque restituebatur.

## THESIS VII.

*A Viduabus non debebat accipi pignus.*

## §. 1.

Non accipiebatur a vidua pignus, sive in retenui, sive in relauta versaretur, neque cum mutuo ei aliquid daretur, neque aliquo tempore, neque si Synedrium juberet. *Vid. Maj. P. 4. Hilchos Malve velove c. 3. §. 1.* Nam prohibetur illud